



Q.K.34



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-37378-p0002-5

DFG

Q.K.349,2.



PRODROMUS  
JUBILAEI ECCLESIASTICI  
LUTHERANI:  
*Seu*  
ORATIUNCULA  
*De*  
PHILOSOPHIA

*Pro*  
B. Martino Luthero,

*contra*  
*Jacobum Gretserum Jesuitam,*  
*in*  
Promotione XXXIV. Magistrorum anno hoc  
1617. ad diem 23. Septembr.  
WITTEBERGÆ

*In maxima Professorum, Studiosorum &*  
*aliorum cruditorum frequentia*

HABITA

à  
IACOBO MARTINI Logi-  
ces & Philosophiae practicæ Pro-  
fess. publ.

Prælo Gormanniano, 1617.







S A  
D

Nni quindecim sunt ipsi, Rector  
Magnifice, illustris Domine Baro, vos Patres Aca-  
demici conscripti. Viri Reverendi, Consultissimi, Pru-  
dentissimi, Excellentissimi: Hispites præstantissimi,  
exp... Et Tu nobilissima, ornataissima & do-  
cissima Studio'orum corona, Anni, inquam, quin-  
decim sunt ipsi, ex quo solennitate quadam plane singulari,  
& in hac Academia nunquam audita, sic volente ac jubente,  
sumtusque satis magnificos suppeditante Serenissimo cum Ele-  
ctore Saxonie, Domino nostro Clementissimo, CHRISTIA-  
NO Secundo, sacrosanctæ recordationis, Annū Academiac  
centesimum, primū nempē Jubilæum celebravimus.

Celebravimus, inquam, Jubilæum illum solenniter, non  
sine gaudio vero, non sine pia exultatione, non sine ad DEUM  
missis suspiriis & pro tanta misericordia conservationeque &  
beneficentia gratiarum actione, ex intimis cordium nostrorum  
visceribus & penitralibus profluente; non etiam sine adversa-  
riorum ferorum insultu, sine inimicorum perfidiorum fremitu,  
sine hostium, superbis viribus feriorum, armisque ferocium-  
morsu, Jubilæum celebravimus.

Exultabant nobiscum vicini, applaudebant amici, congra-  
tulabantur hospites. Turres vario & multiplici campanarum  
sono per totum oppidum pia lætitiae & læte pietatis signa da-  
bant: Professores cum Senatu oppidano & hic cum illis, & cum  
ucrisque studiosa juventus templi latro applauso, suaviq[ue] con-  
gratulatione, justo servato ordine, frequentabant; Chori har-  
monici cantilenis sacristora templa replebant; Tibiae & omnis  
generis instrumenta Musica JEHOVAM, magno & suavi  
concentu collaudabant; cathedrae laudibus DEI personabant,  
suggetta Concionibus Orationibusque sacris resonabant: Ad  
summam: Omnes, omnes, inquam, senes cum juvenibus, ma-

tres cum pueris, praeceptores cum discipulis, laetitiae, hilaritasque pleni tripudiabant, DEUM, conditorem coeli & terrae, deprecabantur, canebant, psallebant, jubilabant, triumphabant.

Magna enim res est, & nunquam satis laudatum opus, Academiam bono orbis Christiani aperire, maximis Privilegiis ornare, magnificis sumptibus augere, prudentissimis legibus munire, virtutibus planè heroicis defendere; omnis etiam eternis disciplinarum, scientiarumque & artium studiis ambo ambi  
ctores amplissimis stipendiis, etiam in studiis  
commoditatibus praesentissimisque et convenientissimis ad studia liberalia excolenda mediis studiose juventuti prospicere.

Majus adhuc esse videtur, vel omnino illi aequale, Academiam, sic fundatam, ornatam, munitam, tueri, bello dissipata secundissimis auspiciis in pristinum statum restituere, variis luctuulentissimis commodis & ornamentis amplificare, intestinis corruptelis & fraudibus laborantem salutari concordia constitutere, omnibus rebus etiam atque etiam praelustrem efficere, & sic per integrum seculum sartam teclam, florentemque conservare.

Magna, inquam, haec sunt, honestaque & piâ recordatione, gratiaque & aeterna celebratione digna.

Verum si omnia haec cum iis, quae Academiae civitatiique huic, & ex hacteri Christiano orbi anno abhinc centesimo diuinâ planè misericordia contigerint, conferantur, nullam omnino rationem, nullam proportionem, nullam Symmetriam habere, proindeque minima esse, nihil esse, videntur.

Quid enim est Academia, in qua religio Christiana oppressa jacet superstitionibus, in qua veritas mendacio commutatur, libertas tyrannide premitur, pietas fraudibus contaminatur, sanctitas nundinationibus subvertitur, sacrorum ritus nugis ceremoniarum corrumpitur, virtutum exercitatio partim nugatoriorum, partim nefariorum operum perfunctionibus tollitur, non via amplius ad salutem & cœlum, sed precipitum ad interitum & orcum ostenditur; in qua nulla discendi ratio, nullus ingeniorum cultus: in qua lingua illa, quæ universæ discipli-

sciplinæ humanæ ac divinæ non tām ornamenta quām funda-  
menta & fulcra sunt, ad unam omnes ignorantur; in qua nemo  
hebraicē, nemo græcē, vix unus & alter semilatinē intelligit;  
in qua doctores cum discipulis barbari omnes, omnes infantes;  
in qua artes & scientiæ ita tractantur, ut satius esset, illas nun-  
quam attactas fuisse.

Quæ unquam crudelior fuit Tyrannis, quæ sævior consci-  
entiæ carnificina, quæ magis furibunda mentis insania, quām  
Cosmopolitanum illum Präsolem, illum hominem Semideum,  
& illum Deum semihominem, illum Christi, si divis placet, vi-  
carium, illum cœlestis atque infernalis aulæ & Clusium & Pa-  
tulcium, illum, inquam, Cacum Aventinum, adorare, ejus  
spurcissimos pedes exosculari, ejus irrationalibus traditionibus  
se mancipare, in minimis maximis ad filii illius perditionis nu-  
tum & voluntatem sub pœna furialium carnifiorum (quippe  
cujus articulus est, Hæreticos igni, aqua, ferro, resti, equuleo  
torquendos esse & exscindendos) sese componere, ejus mani-  
facta scelera & *νανγεγνωται*, præclara facinora & *ανδεργαθη-*  
*μαται* edicere, vana somnia, sapientissima decreta prædicare,  
iniquissimam vim & plusquam tyrannica latrocinia, & quissi-  
mam paternamque castigationem commendare? Quid? quod  
malum bonum, quod bonum malum, contra Deum & consci-  
entiam propriam, nuncupare.

Hæc verò barbaries abominanda, hæc tyrannis detestan-  
da, hæc crudelitas execranda, hæc insania & furores plusquam  
Diabolici nostram hanc Academiam recens conditam integris  
quindecim annis miserè agitabant, fatigabant & tantum non  
opprimebant. Ubi nullum, nullum, inquam, apparebat hu-  
manum auxiliom, nullum emergendi aderat consilium, nulla  
ab hominibus effalgebat liberatio; Omnia videbantur perdita,  
conclamata, dep̄ sita.

Ibi quidem in fundandâ Academiâ, eaque dotanda, locu-  
pletanda, collapsa restauranda, conservanda, & exornanda,  
hominum, Principum nimium Saxoniæ, æternâ memorâ  
& laudibus immortalibus dignissimorum, sapientia erat  
promtissima, prudentia studiosissima, Magnificentia nego-

ciosissima, potentia & virtus efficacissima: hic vero, à Tyrannide  
nempe ista Academiam, piorumque cœtus liberare... Christiana  
libertati restituere, Religionem à traditionibus humanis  
perpurgare, eamque sic puram & sinceram reddere, barbariem  
profligare, veram sapientiam reponere, veram, ad salutem &  
vitam æternam, viam monstrare; hic, inquam, nihil sciebat sapi-  
entia humana, nihil valebat prudentia magnatum, nihil poter-  
ant divitiae magnificique sunitus Principum, nihil efficacia hab-  
ebat potestas & virtus maxima Regum & Imperatorum.

Soli igitur DEI beneficio & Omnipotentis dextra &  
immediato auxilio è tenebris istis plus quam Cimmeris Acad-  
emia hæc anno abhinc centesimo extructa, inque ea splendida  
veritatis divinæ lampas accensa, atque sic à Tyrannide Pon-  
tificia nos omnes liberati, è densissimis tenebris & babylonicis  
carceribus educati, è crudeli conscientiarum carnificina erepti,  
& totum illud jugum servile & planè tyrannicum Papæ Ro-  
manæ à cervicibus nostris dejectum est, dum DEUS benignis-  
simus, motus tandem ineffabili misericordia suâ, Martinum no-  
strum Lutherum Spiritu certe heroico excitavit, animo verè  
Martio armavit, nec minus robore Herculano, sive rectius  
dicam, Spiritu Heliano, confirmavit, ut Hydram Romanam, im-  
manem illam & formidabilem bestiam, quæ sophismata ex so-  
phismatibus, fraudes ex fraudibus, mendacia ex mendaciis, tan-  
quam nova subinde capita, progenerabat, in lucem extractam,  
conficeret, transfoderet, prosterneret.

Ut igitur divina superant humana; ut cœlastia terrestria;  
ut caduca, immutabilia; ut temporanea, æterna; sic quoq; longè  
excellentiū, ampliū, sanctiū quoque & magis venetandum,  
quod anno abhinc centesimo non nobis tantum, sed omnibus  
in Christiano orbe hominibus, ministerio Divi Lutheri evenit:  
quam omnium Academiarum vel præstantissimarum fundatio,  
omnis eruditio, sapientia, prudentia que, omnium, inquam,  
quæ in summo hac in vita habentur precio, maximaque & opti-  
ma censentur, subministratio & donatio: quippe vi verbi Je-  
hovæ ejusque autoritate Ecclesiæ libertas, peccatoribus Serva-  
Servatori vindicia atque gloria restituta est.

Hic

Hic ergò annus verè sacer esse debet toti piorum cœtui,  
hic annus illi Academiæ Seculari multis modis anteferendus  
est, atque ut ille Academicus & Particularis, ita hic præsens  
Ecclesiasticus & Catholicus sive universalis Jubilæus haben-  
dus est.

Hoc igitur die, qui solennitatum illarum Jubilæarum  
Ecclesiasticorum prodromus esse debet, cum sanctis illis & di-  
vinis inspiratis hominibus reddamus DEO vitulos labiorum  
nostrorum, immolemus sacrificium laudis, & reddamus al-  
tissimo vota nostra. Renuit sub Tyrannide Pontifícia con-  
solari anima nostra, sed memor sui D E U S, & delectati su-  
mus & exercitati, lætatum est cor nostrum, ut timeret nomen  
Domini, lætemur & bodiē coram Te, ô Jehova, sicut qui læ-  
tantur in messe; sicut exultant iudei stores captiā prædā, quando  
dividuntur spolia. Jugum enim oneris & virgam humeri &  
sceptrum exactoris superāsti. Addite mites in Domino læti-  
ciam, & pauperes homines in sancto exultate: quoniam defe-  
cit, qui prævalebat, consummatus est illusor, & succisi sunt  
omnes, qui vigilabant super iniuriam, qui peccare facie-  
bant homines in verbo, & arguentem in porta supplantabant.  
Tu porrò, Domine, ventilabis eos, & ventus toller, & turbo  
disperget eos. Egeni & pauperes quærebamus aquas, & non  
erant, lingua nostra siti arescebat: Tu, Domine, exaudiebas  
nos, D E U S Israël non relinquebas nos: convertisti planctum  
nostrum in gaudium nobis, concidisti saccum nostrum, & cir-  
cumdedisti nos latitiā.

Gaudentes igitur gaudeamus in Domino, & exultet ani-  
ma nostra in Deo nostro: Qui induit nos vestimento salutis &  
indumento Justitiae circumdedit nos, quasi sponsum decora-  
tum coronā, & quasi sponsam ornatam monilibus. Gaudea-  
mus, inquam, & exultemus, quoniam merces nostra copiosa  
est in cœlis: Gaudeamus iterum, quia nomina nostra sunt scri-  
pta in cœlis. Eamus & comedamus in lætitia panem no-  
strum & bibamus vinum nostrum, quia placent Deo opera no-  
stra. Venite ergò, auditores, venite, exultemus Domino, ju-  
bilemus Deo salutari nostro: cantate & exultate & psallite:

Psal-

Psallite Domino in cithara, in cithara & voce Psalmi, in tibiis  
ductibus, & voce tubæ cornæ. Jubilate in conspectu  
Regis Jehovæ: latenter cœli & exultet terra, moveatur mare  
& plenitudo ejus, orbis terrarum & qui habitant in eo. Flu-  
mina plaudant manu, exultent montes in conspectu Domini.  
Annunciate inter gentes gloriam ejus, in omnibus populis  
mirabilia ejus. Venite, magnificemus nomen Domini, ado-  
remus scabellum pedum ejus, quoniam sanctum est. Hic est  
annus & hic est dies, quem fecit Dominus, exultemus & læte-  
mur in eo. Constituite diem solennem in condensis usque ad  
cornu altaris. Confirmata hoc, DEUS, quod operatus es in  
nobis. Confitemini Domino, quoniam bonus, & in æternum  
misericordia ejus.

Cæteram in hac solennitate verbam mihi facienda esse co-  
gitans, dubius fui, quid huic tempori & loco ipsius officio,  
quod imprimæntiarum gero, conveniret. Incidi igitur in  
scriptum Esavitæ Gretseri satis virulentum, cui titulus, *Lutherus  
Academicus*, quoque hoc Papalis libidinis mancipium probare  
imò demonstrare satagit, si per Lutherum & Philippum stetisset, us  
veram religionem, ita & solidam eruditionem, Theologicam, Iuridicam,  
Medicam, Philosophicam omnem, Logicam, Physicam, Metaphysicam, Rhe-  
toricam, Mathematicam. Musicam, Historicam, Poëticam, Grammati-  
cam, imò totam Philosophiam Peripateticam sive Aristotelicam ex Germa-  
nia pulsam, & Anabaptisticam inscitiam atq; rusticitatem, introductam  
fuisse. Negari enim, addit Esavita, sine impudentia non potest, Lu-  
therum initio quinti sui Evangelismi, spiritu Anabaptistico cum in alijs  
multis capitibus, tum præcipue in hoc, quod literarum studia, literarumq;  
officinas, Scholas & Academias, Academicosq; titulos, gradus, honores, ri-  
tus & consuetudines concernit, agitatum fuisse: quem spiritum hauserunt  
ex Luthero Philippus & Carolstadius, imò universa VVittenbergensis univer-  
sitas, quæ aliquandiu, hoc genio grassante & tumultuante clausa fuit, Phi-  
lippo ex Professore in Piorem; Carlstadio in Agricolam transformato,  
alijsq; ad alia opicia transgressis, abjectis alijs libris præter Biblia, quæ  
sola lexitabant, ut adhuc hodie Anabaptistæ facilitant.

Sed audi Esavita: ubi, quomodo & qua ratione humanio-  
ra studia, literas omnes, earumque Officinas, Academias, re-  
jicit

ficit Lutherus explodit, exturbat? Quia, inquis, rejicit Papatum, Cap. 2.  
Conciliarum decreta, Indulgentias, Purgatorium, Missam, vota  
Monastica, Sacra menta nova, hoc est, Confirmationem, extre-  
mam Unctionem, Ordinem, Matrimonium. Risum teneatis amici;  
Suntne Papatus, Conciliarum decreta, Indulgentiae, traditiones  
hominum. Misericordiam, vota Monastica & id genus alia nugamenta.  
Academiae? Suntne scholæ vel ipsæ artes, disciplinæ, & scientiæ?  
Hoc volumus: ejusmodi Academias, Non-Academias, Scholas,  
Non-Scholas, artesque istas superstitiones & malas Lutherus no-  
stet & rejicit & rejicere debuit. Tantum enim abest, ut istæ à  
Deo sint, ut potius ipsum Diabolum autorem habeant. Non  
scholæ pietatis sunt, sed Gymnasiaz improbitatis, non phrontis-  
teria fidelium & Deum juxta verbum suum rectè colentium: sed  
σύλλογοι infidelium, non Deum, sed idola & phantasmatá sua  
honorantiam: quinimò Sentinæ mælorum & Lernæ omnis ge-  
neris pravorum & fallorum dogmatum sunt. Carolstadium.  
nihil curamus: Egressos enim est ex nobis: quia non fuit  
de nobis.

De Philippo quomodo probabit Esavita, ipsum honorum  
Academicorum titulos rejecisse, ex Professore in pistorem transformatum  
esse. Imò quomodo hoc alterum? Academiam nostram aliquandiu,  
genio Anabaptistico grassante, & tumultuante, clausam fuisse?

Araneus est Gretserus, omnia ista ex se fingit: Nugæ sunt!  
notoria mendacia sunt! Constat ex libris Statutorum nostro-  
rum, Philippum à prima sua vocatione continuâ serie ad extre-  
mum usque vitæ halitum, summâ cum diligentia Philosophiam  
& Theologiam hic docuisse, mechanica & cum primis artem  
pistoriam non multum curasse, nendum exercuisse. Certè Dia-  
bolus, omnium mendaciorum architectus, mendacium hoc  
crassissimum Gretsero, utpote fidelissimo suo Vasallo, suggessit. Pla-  
nè αἴδωντος esset, hominem, qui fronte non careat, & à mendace  
illo Spiritu non agitur, ejusmodi excogitare & effutire audere.  
Nunquam etiam clausa fuit Academia, nunquam, modò adfue-  
rinc Candidati, intermissæ promotiones, vel ipsius etiam Carl-  
stadii, in absentia Lutheri tumultuantis, & omnia in Academia  
perturbantis, tempore. De aliis facultatibus nihil dicam, de-

B

nostri,



nostra, cui maximè præfuit Philippus, falsissimum esse commentum Gretseri, libri statutorum nostrorum, & catalogos promotionum, à prima usque fundatione ad nostra hæc tempora continuatus, manifestissimè evincunt, & Gretserum crassissimi notoriisque mendacii convincunt..

Nam anno abhinc centesimo, nempe post nativitatem Domini sesquimillesimo decimo septimo, quo pium Reformationis opus Lutherus feliciter ac forti constantiique animo aggressus est, Decanus in nostra Facultate fuit M. Sebastianus Küchenmeister Freibergensis, sacræ Scripturæ Licentiatus, & Ecclesiæ collegiaræ, omnium Sanctorū exemptæ hic Witebergæ Canonic⁹, Magistros promovit quatuor, & Baccalaureos unum & viginti: & M. Jacobus Premsel, per æstatem ejusdem anni Decanatus officio functus, Baccalaureos renunciavit quadraginta duos. Anno sesquimillesimo decimo octavo, quo Philippus Melanchthon in conventu Imperii Augustano, FRIDERICO Sapienti Electori à Capnione commendatus, hic Witebergam, ut Græcam Linguam doceret, missus est, M. Johannes Montanus Decanus Magistros creavit sedecim. Anno sequenti decimo nono M. Augustinus Schurpff Decanus, Magisterii titulo ornavit quatuordecim. Anno vigesimo M. Georgius Eller Decanus summo in Philosophia gradu ornavit sedecim viros & juvenes. Anno vigesimo primo sub Decano M. Iohanne Stöb alias Ginckelin, promoti sunt Magistri 16. Baccalaurei unus & quinquaginta, Anno vigesimo primo Decano M. Ioh. Robero Jutis Licentiato promoti sunt Baccalaurei triginta tres. Anno vigesimo secundo, Decano M. Henrico Stückman, Medicinæ Licentiato, promoti sunt Magistri unus & viginti, Baccalaurei undecim. Anno vicesimo tertio, Decano M. Martino Röser, Magistri promoti sunt quatuor, Baccalaurei itidem quatuor. Anno vicesimo quarto sub Decanatu Iohan. Agricole renunciati sunt quatuor. Et quid Dn. Lutherus tum de hisce promotionibus statuerit, liquet ex eo, quod in libro statutorum nostrorum sub Decanatu hoc scriptum legimus: Eodem anno 1524. ultima Aprilis (id quod antea nunquam factum est VVittebergæ) urgentibus hoc D. Iohanne Staupicio, cui hæc schola suum debebat principium, & Dn. Martino Luthero, Evangelij (cujus fulgure Deus Opt.

Max.

Max. sub hoc tempore Germaniam illustraverat ) adseritore, Georgius Führer  
Salzburgensis Magisterij ~~magistri~~ adsecutus est.

Si igitur Lutherus in primo suo paroxysmo ( ut calumniose loquitur Gretserus ) Gradus exterminasset, nunquam, ut hic promotus esset, autor fuisset. Ab anno vigesimo quinto usque ad trigesimum secundum, non adeò frequentes quidem fuerunt promotiones, partim propter turbas à Carolstadio motas, partim propter pestem, ut testantur rursus libri Facultatis nostrae: planè tamen intermissæ non sunt, ut nugatur Gretserus,. Nam anno 25. à M. Melchiore Fendo Decano Magistri renunciati sunt duo: Georgius Brennerus Salzburgensis & Christophorus Lasius Argentorat. Anno 26. sub Decanatu Iohannis Coccij, renunciati sunt Magistri tres: Chilianus Goldstein, Iohannes VVenz & Sigismundus Freschel. An. 27. nulla fuit promotio An. 28. rursus sub Decano M. Francisco Vinnariensi promoti sunt Magistri Vitus Ortelius VVinsheimius & Ambrosius Berut Güterbachensis. Et eodem anno sub altero Decano M. Iacobo Milichio promoti sunt alii sex Magistri. Anno 28. sub Decanatu Chiliani Goldstein Magistri facti sunt tredecim, inter quos primum locum habuit Cunradus Lagus I. C. cuius extant Institutiones, & secundum Vitus Amerbachius. Sub altero Decanatu M. Viti VVinsheimij quatuor, inter quos primum habuit locum Caspar Creutziger: secundum Vitus Dieterich. Et rursus sub promotione hujus secunda itidem quatuor. Anno trigesimo Decano M. Ambrosio Beruth sex. Anno trigesimo primo Decano M. Caspare Crucigero itidem sex, & altero Decano ejusdem anni Georgio Promer quatuor. Anno trigesimo secundo Decano M. Conrado Lago duodecim & Decano altero M. Vito Amerbachio septem. Anno trigesimo tertio Decano Vito Dieterich septem, Decano altero, Iohanne Saxen sex. Anno trigesimo quarto Decano M. Guilielmo Alesio Scoto undecim. Anno supra millesimum quingentesimum trigesimo quinto Decano M. Francisco Burcardo duodecim. Et rursus eodem anno promovente Philippo Melanchthonie quatuor. Et iterum eodem anno Decano M. Iacobo Milichio promoti sunt Magistri sex. Nimis longum foret cæteros enumerare Decanos & ab ipsis promotos Magistros. Certum est, & ex libris Facultatis nostræ demonstrari potest cuilibet, ab hoc

anno usque ad annum sesquimillesimum quadragesimum sextum inclusivè singulis annis aut tres aut duas fuisse Magistrorum promotiones. Anno autem dicto 1546. Die Luca electus est Decanus Philippus Melanchthon: verum quia Academia bello dissipabatur, nulla sequenti anno 47. promotio fuit. Quâ de re in libro Statutorum nostrorum suâ manu hæc scripta reliquie Melanchthon: Anno 1546. die Luca Decanus electus est Philippus Melanchthon, quo tempore Germania non fuit tranquilla. Nam aliquanta ante motum erat bellum inter Carolum Imperatorem & fœderatos, Duxem Saxoniae IOHANNEM FRIDERICVM Electorem, & PHILIPPVM Landgravium Hassiae: Et postea Mense Novembri, moto bello à Mauricio Duce Saxoniæ, cùm ad obsidēdam VVittebergam exercitus adduceretur, Professores pleriq; & auditores ex oppido VVittebergæ discesserunt. DEV M aeternum Patrem Domini nostri Iesu Christi, pacis amatorem oramus, ut pacem & salutaria studia doctrinæ restituat, & hanc Academiam feliciter instauret. Hactenus Philippus. Hoc Philippi votum felici eventu non caruit. Bello enim hoc sospito, magno numero rursus confluxerunt Studiosi, adeò, ut anno statim sequente quadragesimo octavo, durante adhuc Decanatu Philippi, triginta octo Magistri solenniter renunciati fuerunt. Ab illo tempore ad hoc nostrum singulis annis promotionibus ad minimum duobus magno numero Magistri creati sunt.

Hæc, Auditores, propterea repetere & enumerare visum fuit, ut intelligeretis, imò manibus quasi ipsis manifestum. Gretseri mendaciōm palparetis: quo sine fronte & pudore in Lutherò suo Academicò scribere ausus fuit, Lutherum spiritu Anabaptistico Academicostitulos, gradus, honores, damnasse, & rejecisse, huncq; spiritum Philippum ex Lutherò hausisse, imò universam Academiam VVitterbergensem aliquandiu, hoc genio grassante & tumultuante, clausam fuisse, Philippo ex Professore in pistorem transformato. Hæc enim libri nostri Statutorum exactè refutant: & mendacium mendaciorum, mendacissimum esse Gretsero & omnibus Jesuitis in faciem demonstrant.

Sed linquo hæc & ad alterum, quod potissimum tractare institueram, me accingo. Scribit Gretserus libro allegato cap. 14. Sires Lutheri arbitrio acta fuisset, hodie nihil de vera & solida Philosophia nobis

nobis superesset. Omnes enim ejus partes tollendas, & ad Scythas Getasq; alegandas censuit.

Auditores, quia Gretserus semel verecundiæ fines transgressus est, oportet eum gnaviter esse impudentem. Audivit, quā sine fronte & pudore mentitus fuerit, fingens Academiam nostram, grassante Lutheri & Philippi spiritu Anabaptistico, & Phillipo ex Professore in pistorem mutato, clausam fuisse, Gradus, honoresq; Academicos spretos, neglectosq; jacuisse; Quid judicabitis de hoc commento? Agite, efficiam, ut intelligatis, ut illud, ita & hoc purum putum mendacium esse.

De verâ & solidâ Philosophiâ, ejusque solido vero & recto usu, semper æquum, eruditumque fuit Lutheri judicium, illam magnifecit, multis nominibus commendavit, maximis Encosmiis celebravit. Non ignorat Gretserus, (allegat enim) quibus præclarissimis laudibus Rationem, Philosophiæ fontem & seaturiginem, affecterit in primo Tomo Jenensi Latino, & quidem in disputatione de homine mihi pag. 501. Et sanè verum est, inquit, quod ratio omnium rerum res & caput, & præ ceteris rebus hujus vitæ optimum & divinum quiddam sit. Quæ est inventrix & gubernatrix Artium, Medicinaram, Iurium, & quicquid in hac vita sapientiæ, potentia, virtutis & gloria ab hominibus possidetur. Ut hinc merito ipsa vocari debeat differentia essentialis, quâ constituatur homo differre ab animalibus & rebus alijs. Quam & Scriptura sancta constituit talem Dominam super terram, volucres, pisces, pecora, dicens: Dominamini. Hoc est, ut sit Sol & Nomen quoddam ad has res administrandas in hac vita positum. Nec eam Majestatem Deus post lapsum Adæ ademit Rationi, sed potius confirmavit.

En tam dextrum de Ratione, arbore Philosophica, est Lutheri judicium: non ergo pejus erit sive deterius de fructibus, qui sunt scientiæ & disciplinæ Philosophicæ. Anno 21. atque sic in primo suo paroxysmo, juxta scomma Gretseri, in libello de Confessione, an Papa Romanus potestatem habeat eam imperandi, qui extat Tomo 1. Germ. Jenensi, pag. 506. inquit Lutherus: Die Philosophia ist je das grösste/das Menschen haben mögen. Nihil ergo majus hominibus conceditur in vita naturali, judicio Domini Lutheri, quām Philosophia. Et sic præfert ibi, die Vernunft Kunst, ut loquitur, Artem rationis omnib;

exterioris facultatibus. Et rursus Tomo 5. Jenensi Germanico de  
Scholis pag. 173. sub nomine artium maximopere commendat  
Philosophiam, inniens: Denn wo die Schrifft vnd Kunst/(nota  
benè,vnd Kunst/ ait Lutherus) untergehen / was wil da bleiben in  
Deutschen Landen/ denn ein wüster / wilder haussen Tartern oder  
Türcken/ ja vielleicht ein Gewstall vnd eine Rotte voll eitel wilder  
Thieren ? Et ibidem pag. 184. inquit Lutherus: Hie solte ich auch  
erzählen/wie viel Gelehrten man haben muß in der Artzney vnd  
andern freyen Künsten ( nota benè , vnd andern freyen Künsten  
dicit Lutherus ) von welchen beyden Stücken wol ein groß Buch  
zu schreiben/vub ein halb Jahr davon zu predigen were. Wo wol-  
ten Prediger vnd Juristen vnd Erzte herkommen/ wo nicht die  
Grammatica vnd andere Redekünste weren. Sic in Colloquiis  
convivalibus Artes liberales, hoc est , Philosophiam, passim  
commendat Lutherus. In appendice cap. 37. quod est de Scho-  
lis & Artibus liberalibus hæc leguntur: Anno 38. den andern  
Tag nach dem heiligen Christtag / vermahnet D. Luther das Volck  
in der Kirchen / daß sie die Ceremonien / so in Universiteteten vnd  
Schulen gehalten würden / wollen ehrlich halten G O E E zu  
Ehren vnd Ruhm / der Religion vnd Regiment zum Nutz/  
auff daß die Jugend erkenne vnd sehe / wie vnd wo zu  
gute Künste nütz vnd noth sind/vnd sagte/wie einer vergleicht hette  
einen Ungelerten einem Todten/einen Gelerten aber einem Leben-  
digen. Dazu zeiget die Erfahrung/daß alle die/ die nicht studiere  
haben/klagen vnd ist jhnen leid/daß sie gute Künste verachtet/vnd  
in ihrer Jugend dieselbe nicht gelernet haben/daß sie doch zum we-  
nisten hetten schreiben vnd lesen gelernet / Die Sprachen / sonder-  
lich die Lateinische wissen/ist allen nütz/auch Kriegs- vnd Kauffleu-  
ten / auff daß sie mit frembden Nationen sich bereden / vnd mit  
jhnen vmbgehen können/ohne Dolmetscher/vnd nicht allein Deut-  
sche Brüder bleiben. Ihr Alten (sprach er weiter ) könne ewren Kin-  
dern keinen bessern noch gewissern Schatz lassen / denn daß ihr sie  
lasset studieren / vnd gute Künste lernen / Haus vnd Hoff ver-  
brennet / vnd geht dahin / Kunst aber ist gut zu ertragen vnd  
bleibet.

Audi-

Audivisti auditores, quomodo honores Academicos reficiat, explodat & ad Scythes Gerasque amandet & releget. Attesque liberales contemnat, abjiciat, funditus tollat Lutherus. Pudeat Esavitam tanti sceleris, mendacii & injuriarum. Quid est cæmonias, honores & dignitates Academicas magnificare, commendare, urgere, promotas & conservatas cupere, si hoc non est? Videatur idem Lutherus in ijsdem Colloquijs cap. 37. quod est de Academijs & Scholis, pluraque in hanc sententiam invenientur. In specie porrò commendat Lutherus Dialecticam & Rhetoricam in cap. 18. Genes. mihi pag. 215. b. Alia igitur res est, inquit, docere, alia exhortari. Rhetorica, quæ ad exhortationem facit, ludit sèpè, sèpè prætendit lignum, quod tu putas gladium esse. Dialectica autem belligeratur & agit res serias: Igitur non ligna, sed ferrum ostendit adversario. Sic usum Physices & Metaphysics nobis obliquè monstrat ibidem ex Augustino & Magistro Sententiarum, proindeque has scientias non rejicit, sed in vero suo usu commendat. Sic Augustinus, inquit Lutherus, non quidem probat Trinitatem ex eo, quod sint in homine Tres potentiae, & tamen jucunda cogitatio est, tum in homine, tum reliquis creaturis omnibus vestigia Trinitatis inquirere & notare. Sic Magister Sententiarum quoq; facuit, cum allegat sententiam: Omnia disposita esse in pondere, mensura & numero: cum in quantitate dicit esse lineam, superficiem & corpus, in Philosophia (nempè prima) Ens verum & unum: In Sole, substantia, lux & calor. Hujusmodi testimonia non urgent adversarios verbi, nobis autem jucunda sunt vestigia articuli, jam ante a certò comprobati & noti.

Sic probat Lutherus definitionem Temporis, quam habet Aristoteles lib. 6. Physicorum: Quod sequitur, inquit, Et in dies: significat naturalem diem, cum Sol fertur circum terram. Quod igitur dies numeramus, item annos, beneficia sunt creationis & ordinationis divinæ. Hinc venit etiam tempus, quod Philosophi definiunt, esse numerationem motus. Et in genere de Physica scientia in Postilla Ecclesiastica sic scribit: Es ist viel herrlicher Wirkung in der Natur/ wer die selbe weiß anzubringen / der thut gleich wunder Ding für denen / die es nicht wissen. Gleich wie die Alchimisten aus Kupffer Goldt machen. Dieser heimlicher Erkundnuß der

Natur

Natur hat Salomon durch den Geist Gottes viel gewußt vnd  
brauchet sie zumal sein 3. Reg. 3. da er die zwey Weiber vrtheilet  
vber dem lebendigen vnd todten Kinde/vnd fand/welches die rechte  
Mutter war/ aus dem aller tiefesten grunde der Natur. Item  
also brauchte Jacob/Genes.30. derselben Kunst/da er machet durch  
die bunten Stecken/daz eitel hunte Schafe geboren wurden. Diese  
Kunst/ ist eine seine rechte natürliche Kunst/daher kommen ist/  
was die Ertze vnd ihres gleichen von den Kräfften der Kräuter/  
Früchte/Ertz/Stein vnd dergleichen wissen/beschreiben vnd brau-  
chen. Auch wird sie in der Schrifft oft angezogen/daz sie braucht  
Gleichnis der Thier/ Stein/ Bäume vnd Kräuter/etc. In dersel-  
ben Kunst haben sich gebraucht fast sehr die Perser/Araber vnd  
derselben Morgenländer/haben darinnen studieret/vnd ist eine  
gelehrte Kunst gewesen/hat auch weise Leute gemacht. Hoccine,  
auditores, est Physicam & Philosophiam contemnere?

Cæterum studia Mathematica & Astronomica magnife-  
cisse Lutherum ex multis locis tam manifestum est, quam quod  
manifestissimum. Suprà Genesis cap. 1. & quidem in opere  
quinti diei mihi pag. 9. Astronomi quoq; dicunt, inquit, stellas velut  
à Sole accendi, ut luceant: Sic Lunam dicunt lumen à Sole mutuari: Et  
sanè non inepte id probatur in Eclipse Lunæ, cum terra è diametro interjecta  
inter Solem & Lunam, Solis lumen non transmittit ad Lunam. Ego hæc  
non nego, nec damno.

Et mox: Augustinus de Luna recitat duas opiniones in initio Psalmi  
duodecimi, & querit ex ijs disputationibus Allegoriam ad Ecclesiam, quan-  
quam ipse nihil definit. Sed ego relinquo ista. Nam ab Astronomis, tan-  
quam ab artificibus, commodissime petuntur, quæ de hac re disputari possunt.  
Et rursus post pauca: Tandem, inquit Lutherus, cùm confirmatum est  
corpus & animus ac ratio in sano corpore viget, tum primum emicat illa  
vita intellectus, quæ in alijs creaturis terrestribus non est, ut Mathematicarum  
disciplinarum adminiculo, quas divinitus ostensas esse, nemo potest  
negare, homo ex terra in altum animo subvolet, & omisis, quæ in terra  
sunt, cœlestia curet & investiget. Hoc non vacca, non sues, non aliæ bestiæ  
faciunt, solus homo facit: Ergo est homo creatura condita, ut . relicta ali-  
quando terrâ, cœlestia habitat, & aeternam vitam vivat. Hoc enim est,  
quod

quod non solum loqui & judicare possit (quæ ad Dialecticam & Rhetoricam  
pertinent) sed quod etiam Mathematica omnia perdiscit.

Commendat igitur hoc dicto Lutherus non tantum Dia-  
lecticam & Rheticam, ut potè quæ loquela & judicium ho-  
minis rectè informant; sed cum primis studiis Mathematica, ex  
quorum Theoria demonstrat, hominem non ad hanc, sed ad cœ-  
lestem & æternam vitam conditum esse.

Musicam tantum abest ut contemnerit Lutherus, ut potius  
illam omnibus aliis rebus tanquam peculiare donum divinum  
anteposuerit. Fusè hac de re differit in colloquijs convivalibus cap.  
37. Ex multis paucissima, redimendi temporis gratiâ allegabo.  
Der schönsten vnd herrlichsten Gaben Gottes eine ist die Musica,  
der ist der Sathan sehr feind/damit man viel Anfechtung vnd böse  
Gedanken vertreibet/der Teufel wartet nicht lang/damit sie trei-  
bet. Item Musica ist der besten Künste eine/die Noten machen den  
Text lebendig/sie verjagen den Geist der Erawigkeit/wie man am  
Saul sahet. Et post pauca: Daher lisst man in der Bibel/dass  
die frommen Könige Senger vnd Sengerinnen verordnet / gehal-  
ten vnd besoldet haben. Et rursus: Musicam hab ich allezeit lieb ge-  
habt/wer diese Kunst kan/der ist guter art/zu allem geschickt. Man  
muß Musicam von nohtwegen in Schulen behalten. Ein Schul-  
meister muß singen können/sonst sehe ich ihn nichtan. Et rursus:  
Die Music ist eine schöne herrliche Gabe Gottes / vnd nahe der  
Theologia/ich wolte mich meiner geringen Musica nicht vmb was  
grosses verzeihen. Et tandem, quod bene notandum: Wer die  
Musicam verachtet / inquit Lutherus, wie denn alle Schwermer  
thun/mit denen bin ich nicht zu frieden. Denn die Musica ist eine  
Gabe vnd Geschenk Gottes/ nicht ein Menschen Geschenk. So  
verreibet sie auch den Teufel/vnd macht die Leute frölich/Man  
vergäst dabei alles Zorns/Urkuschheit/Hoffart vnd andere Laster.  
Ich gebe nach der Theologia der Musica den nechsten Locum,vnd  
höchste Ehre/vnd man sahet wie David vnd alle Heiligen ihre gött-  
liche Gedanken in Vers/Reimen vnd Gesänge gebraucht haben.  
Et rursus in præfatione quadam, quæ extat Tomo I. Islebiensi,  
inquit Lutherus: Das Geistliche Lieder singen gut vnd Gott ange-  
nehme sey/achte ich/sey keinem Christen verborgen / dieweil jeder-

E

man

man nicht allein das Exempel der Propheten vnd Könige im alten Testamente/die mit singen vnd klingen/mit dichten vnd allerley Seytenspiel Gott gelobet haben/Sondern auch solcher Brauch/sonderlich mit Psalmen/gemeiner Christenheit von anfang eund ist/ja auch S. Paulus solches i. Cor. 15 einsetzt/vn zu den Colossern cap. 3 gebeut/von herten dem HERRN singen geistliche Lieder vñ Psalmen/auff daß dadurch Gottes Wort vnd Christliche Lehre auf allerley weise getrieben vnd geübet werde.

Demnach hab ich auch sampt etlichen andern/zum guuten anfang/vnd vrsach zu geben denen/die es besser vermögen/etliche geistliche Lieder zusammen gebracht/das h. Evangelion/so jetzt von Gottes Gnaden auffgangen ist/zu treiben vnd inschwang zu bringen/daß wir uns auch möchten rühmen/wie Mose in seinem Gesang thut/Exod. 16. daß Christus vnser Lob vnd Gesang sey/vnd nichts wissen sollen zu singen noch zu sagen/denn Iesum Christum vnsern Heiland/wie S Paulus sage i. Corinth. 2.

Vnd sind darzu auch in vier Stimmen gebracht/nicht aus anderer vrsach/deñ daß ich gerne wolte/daß die Jugend/die doch sonst sol vnd muß in der Musica vnd andern rechten Künsten erzogen werden/etwas hette/damit sie der Bulenlieber vnd fleischlichen Gesenge los würde/vnd an derselben stat etwas heilßames lernethe/vnd also das gute mit lust/wie den Jungen gebührt/eingienige. Auch daß ich nicht der meyning bin/daß durchs Evangelium solle alle Künste zu boden geschlagen werden vnd vergehen wie etliche übergeistlichen fürgeben sondern ich wolte alle Künste/sonderlich die Musica gernesehen im dienst des/der sie geben vnd geschaffen hat. Bitte der halben ein jeglicher frommer Christ wolte ihm solches gefallen lassen/vnd wo ihm Gott mehr oder dergleichen verleihet/helfsen fördern. Es ist sonst leider alle Welt allzu laß vnd zu vergessen die arme Jugend zu ziehen vnd zu lehren/daß man nicht allererst darff vrsach dazin geben. Gott gebe uns seine Gnade/Amen.

In intelligitis ergo, Auditores, quam sine fronte rursus scribere ausus fuerit Gretserus: Lutherum amasse Musicam in Triclinio & symposio:  
TAM

Tam gratam autem fuisse in Templo, quam jucunda ipsi fuerit aqua benedicta candelæ, & nescio quæ rugæ Pontificiæ.

Progrediamur ad disciplinas practicas, quid de illis statuerit ex eodem allegato loco videre est. Die Rechte, inquit Lutherus, seyn moralia, gehen mit den Dingen vmb / die eusserliche vnd gute Zucht belangen / darunib ist der Kœnig ein Moralis Philosophus. Die Medicina aber ist Naturalis Philosophia. Et licet Lutherus Aristotelem in Physicis non magnificere videatur: in Ethicis tamen eum multis modis commendat: ut hoc loco in Colloquiis: Aristoteles, inquit, ist der besten Lehrer einer in Philosophia morali, wie man ein fein züchtig eusserlich Leben führen sol. Et in cap. 2. Genes. pag. 27. Elegans, inquit, & vera sententia est Aristotelis primo Ethicorum, Melius esse patrocinari veritati, quam nimis addictum esse ijs, qui nobis familiares & conjuncti sunt: atq; hoc in primis decere Philosophum: cum enim ambo nobis chari sint, veritas & amici, prior loco veritatem habendam esse. Unde porrò sic ratiocinatur Lutherus: Hoc si homo Ethnicus in civilibus disputationibus faciendum censem, quanto id magis faciendum est in ijs, quæ manifestum testimonium Scripturahabent, ne hominum autoritatem Scripturæ anteponamus? Homines enim falli possunt, at verbum Dei est ipsa sapientia Dei & certissima veritas. Sic rufus in cap. 8. Genes. mihi pag. 109. Aristotelem & Ciceronem ut summos Philosophos practicos allegat Lutherus: Aristoteles & Cicero, inquit, in hoc genere summi sunt, multum de virtutibus docent, & eas magnifice commendant, propter pollicum finem, quod vident, & privatum & publicè eas esse utiles. Et ibidem Lutherus nempe in Cap. 48. Geneseos ait? Aristoteles etiam in quinto & præclarissimo! Ethicorum libro pulcherrimum locum habet de Æthica: Magistratus positus est ad gubernandum secundum legis rigorem, quam omnino servare & tueri debet; sed quia innumerabiles casus & infinita negotia sunt, quæ non possunt omnia scripto & legibus comprehendendi, propter varietatem circumstantiarum & pauci perspiciunt, ubi recte & prudenter mittanda sit lex. Ideo Aristoteles optimam rationem monstravit. Sicut virtutis quoq; definitionem ad eam accommodat, cum inquit: Virtus est habitus electivus, in mediocritate consistens, quo ad nos ratione aliquâ, ut sapiens judicat. Ut Fortitudo medium est inter iram seu audaciam & ignaviam. Sed illa mediocritas vel moderatio subjecta est passionibus, ideo addit, ut sapiens judicat seu determinat: quod judicium non potest comprehendendi legibus, sed oportet adesse vivam legem, nimirum magistratum, qui est anima legis, &

diligenter videre debet, ubi & quomodo servari queat, eamq; moderetur, si quis offeratur casus impossibilis. Hæc Lutherus.

Intelligitis ergo, auditores, quām præclarè sentiat Lutherus, de scriptis Philosophi nostri moralibus, quām etiam cruditè eas ex mente Aristotelis interpretetur. Quòd ergo illa interdum damnare videatur, & ex scholis Christianorum ejicienda esse dicat: Id non de Aristotelis Ethica, ut tali, est intelligendum, sed ut accepta in sensu & uso Magistrorum nostrorum, hoc est, Sophistarum Pontificiorum & sententias Philosophi ex Ethicis depromptas ad negotium de Justificatione hominis coram Deo detorquentium, ut videre est ex interpretatione capituli 8. Genes. ubi inter alia sic loquitur Lutherus, & sentit: Afferunt, inquiens (nempe Pontificii) in homine esse etiam post lapsum bonam voluntatem & rectionem rationem (intellige in spiritualibus & conversione hominis ad DEUM): Nam naturalia mansisse integræ, non in hominibus solum, sed etiam in Diabolo: Atq; ad hanc sententiam DETORVENT tandem ARISTOTELIS dictum: Rationem deprecari ad optimam.

Notate, auditores, non dicit Lutherus, idem suā sententiā docere Aristotelem cum Sophistis: sed ab illis ad falsum suum dogma detorqueri. Et omnino ita res sese haber. Probare enim in articulo de Justificatione hominis coram Deo, de bonis Operibus Christianorum multa ex libris practicis Aristotelis, voluerut Monachi & Magistri nostri, cùm interim ne ἡγεμονίᾳ quidem de ejusmodi Justificatione & bonitate operum, de qua in Scripturis præcipitur, per febrim vel somnum Aristoteli in mentem venire potuerit. Hinc rectè alibi, nempe in Commentario, in Epistolam Pauli ad Galat. Tom. 1. Ienensi Latino mihi pag. 385. illos increpat, quòd neque Christum, neque Aristotelem intelligant: Inde, inquit, nihil mirum, quòd Theologia Paulina penitus cœiderit, nec intelligi potuerit, postquam iij cœperint Christianos docere, qui Aristotelis moralia prorsus convenire menti sunt cum Christi, Pauliq; doctrina, prorsus nec Aristotelem, nec Christum intelligunt. Sententiam hanc ferè iisdem verbis repetit Tom. 3. Ienensi. pag. 16. b. Et hæc verissima esse quis non intelligit? & ipsem Lutherus ibidem indigitat: Nam Christus & Paulus loquuntur de Justitia cœlesti: Aristoteles & Philosophi de terrestri, Christus & Paulus de Justitia Evangelica;

Aristo-

Aristoteles & Philosophi de Justitia moralit: Christus & Paulus de Justitia, quâ justificamur coram Deo; Aristoteles & Philosophi de justitia, quâ justi pronunciamur coram hominibus. Eodem modo se res habet cum bonitate operum: Christus & Paulus loquuntur de bonitate fidei; Aristoteles de bonitate legali. Christus & Apostolus de bonitate relativa & imputativa; Aristoteles de bonitate qualitativa & inhaesiva. Christus & Paulus de bonitate fluente ex merito Salvatoris; Aristoteles de bonitate fluente ex propria forma & medioeritate virtutis. Quia igitur hæc pessimè confundebant Sophistæ, Sorbonistæ & Magisteri nostri, rectè dixit, suo loco reliquens primum Aristotelem & reprehendens Abutentes: Quod neque Christum neque Aristotelem intelligant. Deinde verò quia abusus superabat usum, & in doctrina ac certamine hoc major esse incipiebat autoritas Aristotelis quam Christi, potius ex scholis cum sua Ethica Aristotelem relegandum esse, quam ejusmodi Christo illata injuriam ferendam Spiritu planè heroico, dextroque, nempe verâ pietate informato, judicabat Lutherus: cum sine Aristotele Christiani, & Deo placere possimus, sine Christo vero neque Christiani esse, neque Deo placere valeamus.

Imo Lutherus hanc injuriam, quâ objiciebatur, se Philosophiae detrectatorem esse, in responsione ad articulos, quos Magistri nostri Lovanienses & Colonenses ex Resolutionibus & Propositionibus de Indulgentiis & assertionibus earum exciperterunt, ac velut hæreticos damnaverunt, quæ extat Tomo I. Lenens. Latino pag. 470. in ipsis Pontificios & Magistros nostros detorquet inquiens: Eos ergo arbitror Philosophiae detrectatores esse, non centes tum pueris, tum senibus & universæ Ecclesiæ, qui hoc Philosophiam appellant, quod Philosophia non est: Et sub nomine Philosophiae optimas adolescentium animas suis somnijs & erroribus corrumpunt & perdunt. Cùm autem preter Aristotelem nihil tradant (in quo ferè nihil est Philosophia, nempe ut ab ipsis proponebatur) tum ipsum nunquam intelligant, astutis ei suis divinationibus pro veris interpretationibus, & tamen Philosophos sese jactent, quid possunt in Philosophiam atrocius committere? Quid si negant, objicerem eis, ut in testimonium suæ Philosophiae præmium Physicorum (quod adhuc nullus eorum intellexit) aut posteriorum, aut Metaphy-

sic & nobis interpretarentur, ad germanum Aristotelis sensum. Sed metuo, pergit Lutherus, ne denuo coacta facultate, damnent Lutherum, iterum nudis doctrinalibus, autenticis verbis, dicentes: Lutherus detraxit Magistris nostris, negans eos esse Philosophos & proœmia Aristotelis scire. Nam postquam hanc artem apprehenderunt, ut non nisi Damnamus dicant, nec sint obstricti ad reddendam rationem, quod pluribus ego probayero, eò plura illis damanda obtulero.

Ex quibus rursus satis liquet, quid Lutherus reprehendendo Philosophiam & rejiciendo Aristotelem, reprehendat & rejiciat: Sanè non ipsam illam Genuinam, in natura & ratione fundatam, neque Aristotelis scripta ipsa, sed indoctorum ilorum Monachorum somnia & divinationes, quas Philosophiam, & sententiam Aristotelis dicebant, interim ne proœmium quidem ullius libri Aristotelis recte intelligentes.

Cæterum cùm eundem Spiritum in Luthero & Philippo Melanchthon Anabaptisticum fuisse, damnantem & ad inferos zelegantem Philosophiam & artes liberales clamiter Gretserus; proindeq; quo animo erga has fuit Lutherus, eodem & Philip-  
pum & contrâ dictiter. Agite, Auditores, quia ita Mendaci nostro placet ex ingenio Philippi, judicemus de animo & sententia Lu-  
theri. Semper autem Philippi de Philosophia judicium fuisse  
sequum, sincerum, verum & eruditum, omnia ejus scripta testan-  
tur. Primum enim de Dialectica sive Logica in præfatione Dia-  
lectices ad Johannem Joachimi filium Camerarium: Ego, in-  
quit, VERA M, INCORRUPTA M, NATIVAM DIALECTI-  
CEN, qualem ab aristotele & aliquot ejus non insulis interpretibus, ut ab  
Alexandro Aphrodiensi & Boëthio accepimus, prædico, hanc affirmo non mo-  
do in foro, & in judicij, aut in Philosophia, sed etiam in Ecclesia valde uti-  
lem esse. Deinde libro Dialectices quarto, ubi Philosophiam Ari-  
stotelicam describit, hæc ejus sunt verba: ARISTOTELICA  
recte describit genera doctrinærum, Dialecticen, Physicen, Ethicen, & Dia-  
lecticen habet veram, incorruptam, integrā, quā laude haud dubiè omnibus  
alijs seclis antecellit. In alijs partibus multa extruit ex demonstrationibus  
& minus hallucinatur, quam ceteræ. Et tandem admonitionem de-  
seclis Philosophorum sic concludit: Hec de seclis monere adolescen-  
tes utile est, ne veras & receptas sententias, Quas docet Communis aristote-  
lia

lica doctrina, fastidiant, & amore Novitatis admirentur & amplectantur  
prodigiosas opiniones. Inest enim talis mobilitas animis, ut facile praesen-  
tia fastidiant, & nova ac prodigiosa suscipiant & appetant, ut Thucydides  
vituperat cives suos inquiens, eos servos esse absurdarum opinionum & con-  
tentores usitatarum, δέλες αἴτοπων οὐδὲ ερόπτας τὸν εἰωθότων.  
Hec vilia & vulgaria sunt, & sunt causa magnarum calamitatum in vita.  
Nec alia causa fuit, cum ante a recte constituta fuisset ab Aristotele & Theo-  
phrasto, cur eam mutarint posteriores, Epicurus, Zeno, Arkesilas & Alij (nem-  
pe Ramus & Ramistæ, & quicunque sunt alii Philosophiæ Ari-  
stotelicæ osores) nisi haec levitas ingeniorum viciata ambitione, emula-  
tione & φιλονκίᾳ.

Videantur etiam quæ à Philippo scripta sunt de vita Ari-  
stotelis, de quo genere Philosophiæ & scriptis ejus, Orationcula  
præfixa tomo secundo operum Aristotelis Basileæ anno 83. Di-  
cam, inquit, de Aristotele, non ut sit in Panegyricis, sed breviter ea, quæ de  
vita ejus comperimus, recensebo: deinde de genere Philosophiæ & scriptis ejus  
aliquid adjiciam, ut admoneam adolescentes, quod Philosophiæ genus maxi-  
mè probandum atq; expetendum sit, & ostendam quantum prosit, ad Ari-  
stotelicam rationem & methodum assuetum esse. Ita enim statuo, sine  
hoc neminem unquam fore artificem methodi ullo in genere: nec verò fieri  
potest, quin multa falsa sophistica misceant, quibus ignota est via illa docendi,  
quam monstrat Aristoteles. Hoc dat ille initium & ad idem exem-  
plar, finem: Hæc, inquit, eò dicenda putavi, non solum ut magis amem  
Aristotelem juvenes, sed etiam ut cogitent, cur sit amandus & in manibus  
habendus: planeq; ita sentio, magnam doctrinarum confusionem securi-  
ram esse, si Aristoteles neglectus fuerit, qui unus ac solus est methodi artifex,  
nec alia ratione ad methodum adsuefieri quispiam potest, nisi in hoc genere  
Philosophiæ Aristotelicæ mediocriter exerceatur. Quare juvenes hortor,  
(pergit Philippus) ut non solum ipsorum causa, sed etiam propter uni-  
versam posteritatem, ut hoc optimum docendi genus diligenter colant &  
conservent.

Multi multum conqueruntur de obscuritate scriptorum  
Aristotelis: En de eadem quoque judicium Philippi ex allegata  
oratione desunitum: Sed respondetur, inquit, in Aristotele obscuritas  
quam quidem ipse affectasse dicitur, qui dixerit, suos libros editos esse &  
non editos. Meo judicio longè alio consilio hoc dictum est. Videbat pri-  
deus

dentissimus vir hanc Methodi rationem NON ANIMADVERTI  
POSSE NISI A LIBERALITER INSTITUTIS: ideo, inquit,  
non esse editos, videlicet INEPTIS, qui non preparati alijs artibus ista  
attinebant. Magna est elegantia & perspicuitas orationis in multis libris  
alioquin propter rerum exilitatem, quam ille propter methodum sectatur.  
disputatio fit obscurior: sed animadversa methodo, tenebre ille discutuntur.  
Callimachus roget Charites, ut manus delibutas fragrantibus succis  
lavent in suis Elegis, ut possint esse perpetui propter gratiam & venustatem.  
Tota autem suavitas rerum atq; orationis in Aristotele in plerisq; scri-  
ptis, ut in libris de animalibus, in politicis, in Ethicis, in Epistolis & alijs  
multis locis, ut jure existimari possit, Charitas aliquid succi aspersisse de ma-  
nibus, ut Callimachi verbis utar.

Eodem in loco quisquis es, cognosce Do. Philippi verba,  
qua statim post principium scripta sunt: Itaq;, inquit, cum esset  
Aristoteles ab ipsis incunabulis assuefactus non ad inanes & perplexas logo-  
machias, sed ad rerum cognitionem & ad querendas caussas, ex qua puerili  
consuetudine duas egregias virtutes, & in primis dignas viro docto consecu-  
tus est, videlicet diligentiam in querenda methodo & amorem veritatis. Imò  
in illa ipsa oratione dicit Philippus, Aristotelis libros esse divinitus servatos,  
ut posteritas rectè doceri possit,

Viderunt quoque Aristotelis osores & calumniatores, in-  
quos eodem scripto hæc jaciat Melanchthon, & quomodo Gret-  
seri simul nugis sese opponat: Vbi gloriosum esse, inquit, Aristoteli,  
numerari inter summos viros, qui propter honestas opiniones & recta con-  
silia à Sycophantibus vexati aut oppressi sunt. Et quoniam, ait, omnibus etate-  
ibus Sycophantæ bellum gerunt cum veritate Ætæ ovdov, erigamus animos  
exemplis præstantium illorum virorum, nec viro hominum sinamus nos ab  
officio abduci.

Longè plura institutum nostrum confirmantia adferre  
possemus; sed vela contrahere tempus monet.

Concedamus igitur, spiritum Philippi in reformatis arti-  
bus & scientiis fuisse spiritum Lutheri. Sed quid eo evincitur  
aliud, quām Lutherum cum Philippo abusum Philosophiae &  
Aristotelis, qui in Scholis Pontificiorum erat turpissimus, pessi-  
musque, damnasse, rejecisse, prescripsisse: Rem verò ipsam reti-  
guisse, magnificisse, commendasse, proindeq; opera divinorum  
horum

horum virorū suo nitorī, suo splendori, suo genuinō sensui, suāq;  
immortæ certitudini Aristotelis libros restitutos fuisse, uti ante  
tea absurdissimis opinionibus, falsissimis cōmentationibus, va-  
nissimis somniis, crassissimis nūgamentis erant ambigui redditi,  
involuti, obscurati, falsati. Testantur id à tempore usque Lutheri  
ad nostrum hoc seculum primariæ scholæ & Academiæ Luthe-  
ranæ : in quibus à rectè sentientibus, & in quo vera philoso-  
phandi ratio consistat, intelligentibus Aristotelica in summo  
habentur precio, docentur, inculcantur, propagantur, adeò, ut  
nullum in palestra hac Pontificiis, si occasio ita juberet, agonem  
denegaremus. Nam (cur non gloriemur in Domino, & veri-  
tate?) & inter nostros per D E I gratiam sunt Linguarum peri-  
ti, & quidem tot, & tām excellentes, qui cum Pontificiis ubique  
certare possint, & inter nostros sunt Logici subtilissimi, sunt  
Rhetores disertissimi, sunt Poētæ venustissimi, sunt Metaphy-  
sici acutissimi ; sunt Physici non tantū generales, ut olim Ma-  
gistri nostri, qui nihil cogitabant, nihil somniabant, nihil doce-  
bant, nihil disputabant aliud, nihil proponebant, examinabant  
quām thema aliquod de Materia prima, de loco, de vacuo;  
sed speciales quoque industrii, experientissimi, & diligentissimi,  
qui cujuslibet corporis Physici πνύη & ἀνέγερσας ex intimis na-  
turæ penetralibus, latebris & recessibus eruunt in lucem, pro-  
ducunt, accuratè introspiciunt, perquirunt, & tandem ad Me-  
dicinam præparant & dirigunt, qui Physici usus & finis proxi-  
mus, externus & unicus est apud Philosophum. Sunt etiam &  
fuerunt per integrum hoc seculum inter nostros Mathematici  
tām excellentes, cum quibus Pontificiorum vix conferendi.  
Habemus etiam Ethicos & Politicos non theoreticos & dispu-  
tatores, quales olim erant Papicolæ, sed veros Practicos, qui vi-  
tam & mores ad veram virtutis normam in gloriam unios Dei  
dirigunt. Et profectò si nobis eadem cum Esavitis esset libro-  
rum edendorum commoditas, si que in eo consisteret vera & ab-  
soluta eruditio, tot forsitan extarent à nobis publici Juris facti li-  
bri, quot à Pontificiis. Quæ verò eruditorum quorundam Phi-  
losophorum nostrorum scripta extant ubique cum maximis  
illorum commentis facile certabunt. Eruditorum, inquam ;

D Alias

Alias non ignoro, neque inficias eo, quemadmodum apud Pontificios, sic apud nos quoq; scriptores non esse æqualis judicij, eruditionis & opinionis, multosque non necessitatem & eruditionem, sed vanum & stultum scribendi Cacoëthes impellere, proindeque album sæpius nigrum; bonum, malum, verum, falsum sine fronte & pudore nuncupare, statuentes contradicendum esse, scribendum esse, respondendum esse, proindeque sive cum veritate consentiat, argumenti netum incidat, ad rem faciat, adversarium feriat, & confutet sive non, perinde esse, cum semper sint, qui assentiantur & credant. Sic dantur alii φιλαυτοί, qui in aliqua scientia versati, præter illam omnes alias contemnunt, atque sic sua decempeda ασύμμετρω immensos Philosophiæ, & cùm primis Aristotelicæ, quam nunquam aspexerunt, nunquam didicerunt, agros emetiri satagunt. Istos autem ut neque probamus nec curamus; sic neque defendimus, sed tanquam bonarum scientiarum, artium & disciplinarum contemptores, corruptoresque maximoperè reprehendimus, longè aliter animati, nempè admiramur & magnificimus Dei dona & bona in omnibus, eaqué gratā mente agnoscimus, licet talia & tanta in nobis non esse, & experiamur, & libenter agnoscamus. Sed missis istis sufficit nobis Dn. Lutherum & Philippum ab injuria à Gretsero ipsis illata vindicasse. Nam quæ de inconstantia Lutheri, quod modò idem laudaverit, modò vituperaverit, item de astutia sive calliditate, quâ initio summâ industriâ consiliis & auxiliis facinus quodvis probaverit, promoverit, juverit; animadvertisens vero postea, quòd felici & exoptato progressu cariturum esset, & finem speratum non obtenturum, magno sed simulato zelo resticerit, & in oppositam flexus partem, omnibus suis anteà datis consiliis contradixerit, sese opposuerit, & toto conatu pugnaverit: Ejusmodi nugæ, inquam, seipso refutant, conficiunt, & confodiunt. Meliora igitur eligentes, temporis ratione habitâ, & ne patientia auditorii hujus splendidissimi & amplissimi abuti videamur, telam Orationis nostræ abrumpimus, & rursus D E O nostro canticum novum canimus pro omnibus beneficiis, quæ retribuit nobis: Gratiarum vota piè exsolvimus eidem Deo nostro, quòd inter tot pericula

ricula rerum, inter tot Babylonicae meretricis, Regumque &  
Populorum sedueticis crudelia molima & tentamina, inter  
tot horrendos aliorum haereticorum furores, crudelia Turca-  
rum latrocinia, cruenta intestinorum bellorum homicidia, tu-  
multusque periculosisimos, nos, nostram Scholam, nostram  
Religionem sartam tectam fortitudine dextræ suæ solus serva-  
vit, custodivit, propugnavit, defendit. Misereatur potrò nostri  
Deus noster. Dominus ut Deus noster ipse est Deus fortis,  
fidelis, custodiens pactum & misericordiam diligentibus se &  
his, qui custodiunt præcepta ejus in mille generationes.

Ergo ad te Domine clamamus, te invocamus. O Domine  
virtutum respice de cœlo, & vide, & visita vineam tuam, quam  
plantavit dextera tua. Increpa feram arundinis, congrega-  
tionem taurorum, conculanem propter beneplacitum argenti,  
dissipa gentes, quæ bella volunt. Tu hoc doctrinarum domici-  
lium angustissimum, atque in eo veræ religionis, honestarum-  
que artium studia, per futurum quoque seculum, quod tuo be-  
neficio feliciter ingredimur, clementer conserva, neque un-  
quam nos Orphanos in tanto Diaboli furore & mundi tempe-  
state relinque. Defende & protege Serenissimum Principem  
JOHANNEM GEORGIUM Electorem Saxoniæ, nutri-  
torem nostrum magnificentissimum & benignissimum cum  
illustissima conjugi & sobole, matreque serenissimâ, Evergetam  
hunc nostrum omnibus animi bonis, omnibus corporis com-  
modis etiam plenâ manu orna atque cumula, ut tua gratia sub  
ejus florentissimo ac fortunatissimo patrocinio, tutelâ & præ-  
sidio cum vera pietate & religione omnis generis artes & facul-  
tates verâ fuâ & dulcissima agant halcyonia: Conserva clemen-  
tissimè pium docentium & discentium cœtum, da pacem in  
diebus nostris, tuere & confirmare nos. DEUS, DEUS noster  
in verâ tui agnitione, constantique confessione, donec beatissi-  
mam illam immortalitatem cum hac ærumnosa mortalitate,  
tuâ gratiâ ac misericordiâ commutemus, ubi unâ cum electis  
Angelis DEI, universoque piorum cœtu Sabbatum ex Sab-  
bato, Jubilæum ex Jubilœo celebrabimus, psallentes, trium-  
phantes, canentes: Sanctus sanctus sanctus

DEUS Zebaoth.

6122



lincus leonis, iuxta eum, Depolyonice seculare, Regnantece  
Tolomou regnante, et ab aliis monimentis, in eius  
tempore, quod est anno 1300, in monte Tauri,

19. 55710 A

DELLI, caput.

AC

**ULB Halle**  
004 965 531

3



1017





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-37378-p0032-1

DFG

tres cum  
tisque ple  
deprædic  
phabant

Mag  
Academie  
giis ornar  
munire, v  
metis disci  
ctores am  
commod  
dia libera

Maj  
miam, sic  
secundissi  
culentissi  
corrupteli  
tuere, om  
& sic peri  
servare.

Mag  
ne, gratiaq

Vero  
huic, & ex  
vinâ plan  
omnino r  
habere, pre

Quid  
pressa jace  
tatur, libe  
natur, san  
nugis cere  
tim nugato  
tollitur, ne  
ad interitu  
nullus ing

Kodak

LICENSED PRODUCT  
Black

## KODAK Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2000

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



titiæ, hilaritæ  
coeli &c terræ,  
bant, trium-

atum opus,  
imis Privile-  
mis legibus  
nis etiam es

cimus  
issimis ad stu-  
prospicere.  
quale, Academ-  
ico dissipatam  
ere, variis lu-  
re, intestinis  
cordia consti-  
rem efficere,  
temque con-

recordatio-

æ civitatiq  
centesimo di-  
ur, nullam  
Symmetriam  
or.

christiana op-  
cio commu-  
bus contami-  
crorum ritus  
xcitatio par-  
functionibus  
præcipitum  
scendi ratio,  
universæ di-  
sciplinæ